

JA34

.T76

1632

E#7 C#152.

list. 29



1020146276

37 ✓ 100

ALEXANDRI
TROMBETTÆ
I. V. D. AVVLENSIS
De Societate Tractatus.

In quo per Regulas, Ampliations, Limitationes, Sublimitationes, Extensiones, & Intellectiones, varij, & quotidiani in foro casus, tūm ad socios, tūm ad fratres, tūm denique ad Colonos pertinentes, mira quadam, & perspicua methodo, compendioseq. satis, pertractantur.

*Iudicibus, Aduocatis, & alijs in foro versantibus perquam utilis,
& necessarius.*

Cum Argumentis, Summarij, necnon duplici Indice; altero scilicet Capitum, verborumq. altero, ac rerum notabilium locupletissimo.

Ad Illusterrimum D. Marchionem
IACOBVM MALASPINAM,
D. March. Opicij, Panicalis, & Liccianæ Domini filium.



VENETIIS, Apud Andream Baba. MDCXXXII.

Superiorum permisso, & Privilgio.

46


ARCHAEOLOGIA
HISTORICO-ARTISTICA
ET CULTURALIS
AD AVANTAGEUM
DE SOCIETATE TIGSANA



FONDO
ACERVO JURÍDICO
Z 109 10

ILLVSTRISSIMO
DOMINO MARCHIONI
IACOBO MALASPINA
E LICCIANA.

Alexander Trombetta Felicit.



ANNVVS hic meus labor in lucem ho-
dierna emergit die: & quoniam multis
errorum nubeculis sibi ipse tenebras of-
fundit, ab Illustrissimi tui nominis splen-
dore, dum eum tibi dico reuerenter, ac
voueo, fulgidissimo lumine censui illu-
strandum. Praeclarè sanè mecum egit for-
tuna, quod tuum me in obsequium adfiscerit: Nam cum omnes
humanissimè excipias, maior hinc mihi spes affulget eiusdem
humanitatis tuae sentiendæ, dum serena fronte, in patroci-
nium, benignissimamq. fidem tuam, hoc, vel leuissimum opus
suscipies. Me certè non latet quantæ si tenuitatis primus
hic ingenij mei, licet infæcundi, partus: Sed tanto proinde
maius tua ex tutela præsidium expecto, ut eorum morbus pos-
sit effugere, qui canino, vel rabido potius dente illum appetue-
rint. Inclytum genus tuum, animiq. amplitudo, id mihi pol-
licentur, quod merita, humilitasq. mea consequi non potest.
Cæterum honoris abs te, tuoq. illustrissimo genitore, in me
collati, perpetuum, publicumq. præconem me fore profiteor;
ut cum omnibus exploratum fuerit, quantum humanitatis,
ac beneficentiae omnis, metas ambò excedatis, illud etiam per-

a 2

spicuum

*Spiculum fiat, quantis, quamq. arctis, ob id, aliaq. plurima
beneficia, utriq; in omne tempus vinculis adstrictus fuerim.
Dumq; D E V M O P T I M V M M A X I M V M
enixè rogo, ut maioribus in dies incrementis tuam augeat di-
gnitatem, ea qua possum animi demissione te ipsum, tuumque
Genitorem deueneror. Venetijs Kal. Julij 1632.*



MAS-

Massæi Tisonis Galli

Doctoris Medic.

EPIGRAMMA.

A Vdin' vt insueto trepidus fremit Adria motu,
Et facit attonitum Buccina flexa salum.

Rursus Alexandri forsitan vexilla veretur;

Nec sua captiuas sub iuga mittat aquas.

Adria, pone metum, clangat si Buccina ponto,

Nulla (mihi credas) signa pavoris habet.

Dirus Alexander quondam si legibus orbem

Vertit; Alexander legibus iste beat.

Quinetiam Aſtream iampridem finibus actam

Altisona, terris cogit adeſe, Tuba.

Cernis vt aeterno discordes fædere ciues

Iungit, & ethereis legibus aequat agros.

Nec sat is hoc, quamuis cum tot delapsa Deabus,

En tibi, Alexander Buccina juris, adest.

SONETTO

Del molto Reuerendo Padre Don Gratiano di
Sicilia, Monaco in Santa Giustina
di Padoua.

Vlnse gl' inuitti, e instolidio gli accorti
Col fulmine guerrier de la Gran Mano
D' uno, ò più Mondi il Regnator Sourano,
Spregiator de' Mortali, e de le morti.
Benche il nome di lui seco ancor porti
La Gloria, insin dall' Orto, all' Oceano,
Col tuo però si paragoni in vano,
Che'l tuo sueglia i più vili, orna i più Forti.
Egli soggiogò i Corpi, et tu i volerti:
Ei riſe già, Pace il tuo ſtil n' adduce:
Armi tu i Nudi, ei disarmò i guerrieri;
Né detti altri ſplende frà noi ſua luce:
Tu, ſegnando del Giuſto i bei ſentieri,
Tromba ſei di te ſteſſo, e lume, e Duce.

Matthæi Vaijra,

EPIGRAMMA.

MAgnes Alexander, tumulo vicinus Achillis,
Flens ait: O' ſelix, quem tuba tanta canit.
Bellorumq; Duci Dux patem inuidit Homerum,
Qui ſua poſt ſauum proderet armarogum.
Quae tuba Alexandro digna eſt, qui legibus arma
Subiicit, & iuſto cedere Bella docet?

Ioannis Baptiste Trombettæ

Doctoris Medic.

ELOGIVM:

ALEXANDER TROMBETTA

Non furentia Martis Arma,

Aut insanos Veneridis Triumphos

Quem ruunt corpora, corrunt Animi :

Ac uterque, cùm Magnus, & Parvus,

Labans ingemiscit orbis ;

SED

Pacatas legum Phalanges

Ac innocuum iustitia Robur, & Decus,

Quem stant Vrbes, conueniunt Populi,

Muniuntur Reges :

(Ipsi Nominis Domini

Acclamantibus vndeque

Candidissima Facundia, ac Doctrina solidioris applausibus)

Defecatis quibusque mentibus capebenda

Dum suauiter intonat,

Admirationis, ac perennis Fama Praeconia

Sibi altissimè insonat :

Quem nec laus, nec gloria silebunt unquam.

AV-

AVCTOR LECTORI S.



Vando, dispertitis inter gentes facultatibus,
Tuum, & Meum positum fuit in more, tunc
etiam, imò ipso in temporis articulo, inter
gentes easdem graues exortæ fuerunt si-
multates, acerbissimæ contentiones, lites
necnon mortales, quibus præuijs, afflictæ mærore ia-
cuerunt familiæ, dissipatæ domus, dessolatæ ciuitates,
& abolita Imperia : Huius enim in causa fuit homi-
num audissima cupiditas, quæ sub prætextu etiam mi-
nimo, post propriorum fortunæ bonorum absuemedi-
nem, ad prætensiones terminandas, ne dūm iniustitia,
& ferri feritate, verum etiam tetra sanguinis effluentia
voluit adduci. Misera hæc est humanæ cæcitatis, quæ
à pernitiosissima hac, & séper detestabili avaritiæ labo
infecta, propter minimum rei interesse, nec mente con-
siderat, nec oculis videt, quantum sibi ipsi sit offensio-
ni, dum, vertendo lites in res, quæ dubio illi debentur,
& (si certò) quibus minimè potest diu potiri, vitam in
discrimen adducit, compromittit famam, & vt læsio-
nem nō modicam conscientia subeat, committit. Ego
quidem (si dicere fas est) semper Tricones huiusmodi
in postremis habui, Nam, vt videre est, hoc vnum so-
lum eorum spectat industria, vt nihil aliud quàm lites,
ab eorum negotiationibus eliciant, atq; dissidia. Hinc
est quod, plane sciens societatem, quàm tam in multimo-
dè negociendo, quàm insimul viuendo vnu alterum
sibi adsiscit, esse fontem, originem, & causam litibus

pro-

proximiorem, cum in ea quilibet sibi acquirere querat, ac damna omnia, & intetesse euitare, iam planè animum meum induxi, ut tractatum de ipsa societate ordiner, contractumq. huiusmodi eo, quo poteram, faciliori, ac distinctiori modo explicando, methodum, regulam, ac formam lites effugiendi, componendi, & terminādi, generatim socijs, Aduocatis, & Iudicibus, trāderē. Socijs quidem, ut lites effugiant, quomodo enim se se cum socijs gerere habebūt, tam in initio, quam in medio, & fine societatis, poterunt hoc ex opusculo facillimè excerpere; Aduocatis item ut eas componant; iactū namq. oculi hic distinctos quoscunq; inuenient casus ex quibus dein indemnitatī clientum consulendi remedia deponent. Iudicibus demum, ut eas si opus fuerit iuridicē terminent; quare digesta hac materia propediem vti poterunt ad pronunciandum, & secundum iustitiae debitum litigia decidendum. Verum dum huic labori me accingere statuebam, envariæ occupationes, & graviissimæ quæ sicut multorum annorum cursu me detinuerunt præpeditum, ita ab hoc discedere sensu me coegerunt, & id agere, ut rem in aliud tēpus protruderem. Deus Opt. Max. qui semper bonæ hominum intētioni fauet, tandem transacto temporis spatio, mihi anno tantum præterito aliquantulū otij largiri dignatus fuit, cuius in curriculo, onus hoc (licet meis humeribus graue) fui aggressus, & illi finem imposui, eo quidem rudi modo, quò in lucem hodierna emergit die. Benè verum, quod inquinatis hiscè cartis, & hiscè deductis ad finem lucubrationibus,

bus, alij ad me péruenerunt peregrinorum ingeniorum labores, qui, non minus docte, quam opiparè, hanc enuclearunt Societatis materiam; quapropter decreueram quasi, minimē impressori in hac re esse molestiæ. At animatus à sententia quæ dicit *nil dictum, quod prius non fuerit dictum*: suasusq. ab amicis, ac iussus à Dominis, quibus summum obsequium, paremq. obseruantiam præsto, necnon sciens quod licet ligna, & lapides à grauissimis Doctoribus acceperim, ædificij tamen constructio & forma tota mea sit, architectusq. ego sim, licet materiam variè vndique cōduxerim, desperatum iam onus resumpsi, statuiq. primum hunc ingenij mei (licet infæundi) partum, tibi (*Amice Lector*) exhibere. Planè noui quod opusculū hoc doctrinæ tantum non cōtineat quantū ab alijs scriptum reperi: at tamen in ordine saltem, ac facilitate, in distinctione, & breuitate fore nouum existimo, in quibus partibus, ut meo desiderio, ac laudabilibus amicorum satisfactionibus (quod par est) morem gererem, meum acui ingeniolum. Humanissima igitur fronte illud accipito, & contra illos qui rabidis, aut mortiferis inuidiæ dentibus me auderent forsan lacerare, mihi quæso præsto esto: nam cū non mei ambitionem, sed solum tui commoditatē in hac publicatione spectauerim, pro merito meo non est, ut gratiarum loco, dedecoris notam reportem. Charitas par erit tuæ humanitati, deditissimum me tuæ semper voluntati, quamdiu vita fruar, habebis; & maiora à me recipies, si vires, si tempus, si cætera voluntati responderint. Vale.

INDEX
109 26 110 211 111 212 112 213 113 214
114 215 116 217 117 218 118 219 119 220

INDEX
CAPITVM,
QVI IN HOC TRACTATV
CONTINENTVR.

Hic prior numerus Capita, posterior paginam denotat.

- 1 **Q** Vid, & quotuplex sit Societas. 1
2 Quomodo contrahatur, & inter quos. 8
3 An possit socius sine consensu socij alium in Societate as-
sumere. 19
4 Ad quid teneantur socij. 24
5 De obligatione erga consocios, & credidores. 31
6 Quomodo finiatur Societas. 41
7 De ratione reddenda in Societate. 51
8 De expensis factis in Societate. 61
9 De damno. 84
10 De lucro. 105
11 De divisione. 131
12 De actione, quæ in causa Societatis competit. 146
Apologia ad Lectorem. 151

Pactum unius ex sociis alteri an noverat. s. ut
heredi 22 s. in ius, et l. si unus 27 ff. de pace.
ubiq. glas. ex senibus. vñ ill. av affl. deus qd

ALEXANDRI
TROMBETTÆ
I.V.D. AVVLENSIS.
DE SOCIETATE
TRACTATVS.



ARGUMENTVM.

Quid & quotuplex sit societas.

SUMMARIVM.

- 1 Quid sit societas, n. 1.
2 Societatis species.
3 Societas rei particularis quæ sit.
4 Societas specialis negotiationis quæ sit, & quæ in ea veniant communi-
canda.
5 Socia animalium ad quantum tempus contrahatur, & quid in ea sit com-
municandum.
6 Societas officij visitata in curia Romana, quanam sit.
7 Societas omnium bonorum, quæ.
8 Communicantur in societate omnium bonorum omnia ex honesta ratione
acquisita, secus ex inhonesto.
9 Societas universorum quando contrahatur, & quæ in ea veniant communi-
canda.
10 Inter duos fratres simul simpliciter viuentes dicitur contracta societas vita.
11 Vestigialis societas, quanam sit.
12 Ad societatem contrahendam quæ requirantur.
13 Ad contrahendam societatem, animus illius societatis contrahenda præci-
pue requiritur.
14 In socia Animalium, si non dantur animalia animo societatis contrahen-

A de, cen-